

IACOBVS SPRENGER DOMINICANVS.



Acobus vir in diuinis scripturis eruditus & philosophiae Aristotelicæ non ignarus fuit. Erat enim ingenio excellenti & singulari eloquentia prædatus. Is postea Dominicanorum ordinem ingressus, ob eximias quas habebat uirtutes Coloniensis provincialis factus est. Eam functionem cum optimè administraret ab Innocentio octauo pontifice, inā cum Heinrico Institore eiusdem ordinis Theologo, Hæreticæ prauitatis inquisitor constituitur. Itaq; à collega adiutus præclarum illud opus contra maleficas mulieres composuit, quod libris tribus distinxit, & Malleum maleficarum inscripsit. Floruit is Coloniæ in suo conuentu, anno salutis millesimo quadrinquentesimo nonagesimo quarto. Trit.